

móribus assequámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Communio (Io. 16,8)

Cum vénerit Paraclitus Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, et de iustítia, et de iudício, allelúia, allelúia.

Postcommunio

Adésto nobis, Dómine Deus noster: ut per hæc, quæ fidéliter sumpsimus, et purgémur a vítiis, et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

conseguiamo mediante una buona condotta. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Ant. alla Comunione

Quando verrà il Paraclito, Spirito di verità, convincerà il mondo quanto al peccato, alla giustizia e al giudizio, alleluia, alleluia.

Orazione

Concedici, o Signore Dio nostro, che mediante questi misteri fedelmente ricevuti, siamo purificati dai nostri peccati e liberati da ogni pericolo. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

IV DOMINICA POST PASCHA

Introitus (Ps. 97,1-2)

Cantáte Dómino cánticum novum, allelúia: quia mirábilia fecit Dóminus, allelúia: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam, allelúia, allelúia, allelúia. Ps. 97,1. *Salvavit sibi dextera eius: et bráchium sanctum eius.* √. Gloria Patri...

Oratio

Deus, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promíttis; ut inter mundánas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Léctio Epístolæ Beati Iacóbi Ap. 1,17-21

Caríssimi: Omne datum óptimum, et omne donum perfectum desúrsum est, descén-

Introito

Cantate al Signore un cantico nuovo, alleluia: perché il Signore ha fatto meraviglie, alleluia: ha rivelato la sua giustizia agli occhi delle genti, alleluia, alleluia, alleluia. Sal. *Gli diedero la vittoria la sua destra e il suo santo braccio.* √. Gloria al Padre...

Orazione

O Dio, che unisci le anime dei tuoi fedeli in un solo volere: concedi ai tuoi popoli di amare ciò che comandi e desiderare ciò che prometti; affinché, in mezzo al fluire delle umane vicende, i nostri cuori siano fissi laddove sono le vere gioie. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Dalla Lettera di San Giacomo Apostolo

Carissimi, ogni buon regalo e ogni dono perfetto viene dall'alto e discende dal Padre del-



dens a Patre lúminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae eius. Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audientum: tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Propter quod abiciens omnem immunditiam, et abundantiam malitiae, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.

Alleluia (Ps. 117,16 et Rom. 6,9)

Alleluia, alleluia. V. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me. Alleluia. V. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. *Alleluia.*

Sequentia S. Evangelii secundum Ioannem 16, 5-14

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expediet vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus

la luce, nel quale non c'è variazione né ombra di cambiamento. Di sua volontà egli ci ha generati con una parola di verità, perché noi fossimo come una primizia delle sue creature. Lo sapete, fratelli miei carissimi: sia ognuno pronto ad ascoltare, lento a parlare, lento all'ira. Perché l'ira dell'uomo non compie ciò che è giusto davanti a Dio. Perciò, deposta ogni impurità e ogni resto di malizia, accogliete con docilità la parola che è stata seminata in voi e che può salvare le vostre anime.

Alleluia

Alleluia, alleluia. V. La destra del Signore operò grandi cose: la destra del Signore mi ha esaltato. Alleluia. V. Cristo, risorto da morte, non muore più: la morte non ha più potere su di Lui. *Alleluia.*

Sequenza del Santo Vangelo secondo Giovanni

In quel tempo, Gesù disse ai suoi discepoli: "Ora però vado da colui che mi ha mandato e nessuno di voi mi domanda: Dove vai? Anzi, perché vi ho detto queste cose, la tristezza ha riempito il vostro cuore. Ora io vi dico la verità: è bene per voi che io me ne vada, perché,

non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. De peccato, quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia vero, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed quaecumque audiet, loquetur, et quae ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.

Offertorium (Ps. 65,1-2 et 16)

Iubilate Deo, universa terra, psalmum dicite nomini eius: venite, et audite, et narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animae meae, alleluia.

Secreta

Deus, qui nos per huius sacrificii veneranda commercia, unius summae divinitatis participes effecisti: praesta, quaesumus: ut, sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis

se non me ne vado, non verrà a voi il Consolatore; ma quando me ne sarò andato, ve lo manderò. E quando sarà venuto, egli convincerà il mondo quanto al peccato, alla giustizia e al giudizio. Quanto al peccato, perché non credono in me; quanto alla giustizia, perché vado dal Padre e non mi vedrete più; quanto al giudizio, perché il principe di questo mondo è stato giudicato. Molte cose ho ancora da dirvi, ma per il momento non siete capaci di portarne il peso. Quando però verrà lo Spirito di verità, egli vi guiderà alla verità tutta intera, perché non parlerà da sé, ma dirà tutto ciò che avrà udito e vi annunzierà le cose future. Egli mi glorificherà, perché prenderà del mio e ve l'annunzierà".

Offertorio

Acclama a Dio, o terra tutta, canta un inno al suo nome: venite e ascoltate, tutti voi che temete Iddio, e vi narrerò quanto il Signore ha fatto all'anima mia, alleluia.

Orazione sulle offerte

O Dio, che per mezzo degli scambi venerandi di questo sacrificio ci rendesti partecipi dell'unica somma divinità: concedi, Te ne preghiamo, che come conosciamo la tua verità, così la